UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu, Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte Orandi & meditandi methodo

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Cap. XXVI. De perfectionibus Diuinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48888

Visual Library

4. *Qualitates* & effecta eiuſdem Creaturæ.

MODI MEDITANDI DE perfectionibus diuinis

CAP. XXVI.

PRIMVM neceſſe eſt, earum perfectionum habere Catalogum: Et ſunt autem hæ. *Eſſentia infinita, Potentia, Sapientia, Bonitas, Amor, miſericordia, Iuſtitia, Prouidentia, Liberalitas, Patientia, Manſuetudo.*

DEINDE oportet noſſe & cõſiderare opera & effectus, quos de hac vel illa perfectione Deus mõſtrauit.

Ad quod exempla & ſententiæ S. Scrpturæ non parum momenti & adiumenti adferent. Veluti ad cognoſcendam Dei eſſentiam plurimum proderit hanc; ſententiam Iere.
Iere. 2. *Cælum & terram ego impleo.* Et illam Pauli. *In ipſo viuimus, mouemur &*
Act. 3. *ſumus.*

AD potentiam pertinet. *Dixit &*
Pſal. 32. *facta ſunt.*

Ac proinde meditatio hæc perfectiori-

ctioribus, atque in ſacris literis & rebus ſpiritualibus magis exercitatis conuenit, atque iure optimo omnium meditationum excellentiſſima dici poteſt.

MODI MEDITANDI DE Oratione Dominica & ſacris literis.

CAP. XXVII.

NON minus elegans quam vtilis meditandi modus eſt, ſacrarum literarum verba, ex ore Dei profecta, & myſterijs grauida in conſiderationem aſſumere. Optima autē illa meditādi methodus eſt, in ſingulis verbis alicuius ſententiæ tamdiu immorari, quamdiu anima in ijs guſtum & vtilitatem reperire potuerit, atque ſic ad alia progredi.

Quæ methodus vſurpari quoque poteſt, in meditandis orationibus & hymnis: maximè *Oratione Dominica*, quæ à DEO immediatè compoſita, admiranda myſteria in ſe complectitur, ideoque ſæpenumero in medita-